

deliqui. cogitatione. locutione. ope. et omissione **Q**uoniam
itaque me Ihesu. ab omni sordibus delictorum meorum. munda
da me ab omni iniquitate carnis et spiritus. ut plene purga-
tus. tecum habere merear. propter eterne beatitudinis. quam
omnibus dilectis tuis. tecum in temptationibus perseverantibus. te da-
turum promissisti. Aperi etiam intellectum cordis mei. ad clas-
se percipiendum suavissimum oris tui sermonem in cena predi-
catum. Sunt enim illa verba ardentissime caritatis. sua uisisti
me consolatoris et altissime intelligentie. Scribe manda-
tum nouum in corde meo. ut gemina caritate ardeat anima
mea. proferat me in omni pressura. et pro gaudio seculari dul-
cissimam sancti spiritus consolationem mihi infunde. Da mihi
veram pacem corde quam mundus dare non potest. da mihi spi-
ritum pacatum quem mundus non videt neque cognoscit. Ele-
ni domine Ihesu et mansionem apud me facere digneris ut
tu in me et ego in te pater in unum habitemus.

E De passione christi secundum scripta quatuor euangelistarum. de venditione iesu et perfido iuda traditore

Benedico et gratias ago tibi domine ihesu christe. summa
bonitas et eterna maiestas pro tua iniusta vendi-
tione. pro tam vili et modico precio. qui venditus fuisti
triginta argenteis a proprio discipulo. Laudo et hono-
rifico te pro tua mitissima sufferentia perfidi discipuli.
quod aduersus eum non es commotus. neque durius locutus
neque alijs eius nequitas statim indicasti. nec post tan-
tum facinus. ab officio et sacra comunionem eum suspendisti. si
ceterum ipsum ad tuam traditionem festinare precognouisses
Quoniam mansuetissime domine ihesu quanta est patientia tua et